

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Scala coeli

Johannes <Gobi, Iunior>

[Straßburg], 1483

T

[urn:nbn:de:bsz:31-106862](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-106862)

mirabiles abstinentias. demones
 conuenerunt quomodo possent eum dei-
 cere. Tunc surrexit vnus et ait. quod
 infra .xx. annos deiecit eum. et
 rogatus ab omnibus ut compleret
 posuit puellas in cunabulis in via
 iuxta quam transiēs sacerdos que-
 rebat affectabat deiicere dicēdo septe-
 psalmos sicut consueuerat. vidit
 puellas et ex compassione nutrire fe-
 cit. adoptauit eam filiam docuit
 eam litteras. et allectus ex pulcritudine
 eius dum venisset ad annos publi-
 cos cepit eam tangere. et eam con-
 stringere et in eam exardescere. Cum
 autem petiuisset ab ea actum nefarium
 et illa consensisset et usque in crasti-
 num distulisset. illa nocte veniunt
 demones ad locum solitum et exulta-
 tes de casu illius sacerdotis. eo quod
 totam suam prochiā afferret eis
 coronauerunt illum quia hoc procura-
 uerat. In crastinum sacerdos acce-
 pit puellam et posuit in lecto ut cor-
 rumpet. et sentiens carnem suam com-
 motam rediens ad eos suorum iussit
 expectare puellam. et exiens foras
 amputauit sibi genitalia dicens.
Comedite demones. Et gaudete de
 tam vili membro qui expectabatis
 ruinas meam. nam ex vulneribus meis
 duco libidinem meam. **Et ponēs** iu-
 uenculam in monasterio sequenti
 nocte fuit flagellatus demon qui
 non fuerat assecutus infra tempus
 tam longum sibi impositum decep-
 tionem illius heremite.

De Temptatione

Temptatio duplex est. que-
 dam proficua. De qua le-
 gitur in vitaspatio quod ab-
 bas iohannes rogabat abbatem pa-
 storem ut rogaret deum pro amoti-
 one suorum temptatorum. Tunc ille
 quod diu homo temptat homo est in
 bello ex quo anima coronatur. vnde
 rogandus non est deus ut tempta-
 tiones tollat. sed ut virtutes tole-
 randi et resistendi tribuat. **Se-**
 cundo temptatio est nocua. Legi-
 tur in libro de septem domibus spiritus
 sancti. quod dum quidam frater in lu-
 bardia predicaret et expulso dmo-
 ne requireret quod nomen esset sibi
Respondit mille artes. **Quia** mille
 modos habeo homines seducendi
Et sciatis ait. quod dico verum. Ego
 sum qui decipio magnos theolo-
 gos. decretistas. philosophos legistas
Barones milites propositos et mer-
 catores. et discuro omnia officia
 usque ad domicellas dominarum que
 seruiunt eis in cameris blandiendo
 adulando exposuit omnem modum
 temptandi.

De Testimonio

Testimoniū tē multa ma-
la inducit in nobis. **Primo**
est pximi uocinū. Refert
Esf. q̄ quidam p̄positus
fuit in domo regis frantie qui
cupiscēs q̄ndam vineā cuiusdam
boni hominis nec uell; eam vendē
usus est tti malicia. **Nā** illo mo-
tuo uocatis testib; fals; ad ei; se-
pulcrū suū z pecuniā infra inclu-
sit. z intrans possessionem vinee.
Dum vxor mirata requirēt causā
ille affirmat eū emisse z viro suo
pecuniā tradidisse. **Cū** autē que-
stio fuit deducta z ille sufficiēter
pbabat sentētia lata est opra vi-
duam de vinea sua. q̄ non desistēs
p̄ter hoc clamare ad regē. rex se-
crete examinat qui diuisi stabār.
vnde dixit sc̄do increpādo dicas
veritatem. q̄ in veritate ego scio
veritatem; sicut p̄i noster. **Qui** ter-
ritus diuans a p̄plo. dū torqueri
mādash; veritas inotuit regi. tūc
rex vineas z pecuniā dedit vidue
z p̄positum viuū sepeliri manda-
uit. **Secundo** est dei oditiū.
Legitur in miraculis beati an-
dree. **Q̄** dum q̄dam iuuenis exci-
tatus a m̄e ad opus nefariū; fa-
cere recusasset. et illa corā; p̄side
eum accusass; de hoc scelere. cap-
tus iuuenis beati Andree adiu-
torii postulauit. **Tunc** beatus An-
dreas accedēs ad p̄sidem iuuenis
innocētiam oñdebat. sed ille non
acquiescēs statim terremotus fa-
ctus est carcerem ofregit iuuenē

liberauit. z fulgur cadēs de celo
nefariam mulierē occidit.

De Dana gloria.

Vana gloria multa mala in-
ducit in nobis. **Primo**
est bonorū remotiua. **Legi-**
tur in vita Marie q̄ dum quidaz
p̄dicator iret ad uisitandum eam
an̄ eius aduentum videbat corā;
se homines nebulosum in supflui-
tate capilloz cooptum. quē q̄daz
mērix plucida z ornata circūiēs
p̄tez sue lucis ei dabat q̄ remoue-
bat p̄tem tenebrositatis illi. tūc
dictum est. tenebrosus est habēs
vanā gloriā quē exodit meretrix
compūcta de se p̄ctis. **Item** ad
idem. **Legit** in li. de vij. doctis spi-
Q̄ cum quidā clericus somniass; q̄
de quodaz monticulo b̄ndicebat
p̄p̄m. opinionem habuit de se q̄
episcopari deberet. z ideo p̄ter
hoc auarissim; fuit z incepit con-
gregare magnas pecunias. **Cum**
autē quēsta debēt fieri z om̄s iudi-
carēt q̄ iste p̄ter suaz auariciam
optimus q̄stor esset. cōuocato po-
pulo induitur cappa serica. poni-
tur sup monticulū. brachiū argē-
teum sibi traditur in quo erāt re-
liquie ad b̄ndicendū p̄p̄m. **Et** be-
nedicēdo recordat; est somnij sui
z videns q̄ erat completū p̄icit
brachiū. z cū fregiss; indignatus
p̄p̄s tm̄ eum verberauerūt q̄ fē-
moris; dimiserūt. z accedentes